Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



99

Superhumerale aut usq; ad cingulum pertingebat.
sicut in posteriorib; manifestissime ostenditur ubi
scriptum est. haec et ante et retro ita conuenieba[nt]
sibi. ut superhumerale et rationale mutuo retinerent
strictia ad bateum et anulis fortius copulata. quos
iungebat uitta hyacinthina ne laxae fluerent.
et ase inuicem moueretur. Haec de ipsa conexi
one superhumeralis et rationalis secundum litterā
dictasunt. Quia uero quod sepius dictum e superhu
merale ad operum consumationem bonorum. ratio
nale aut ad significandam cogitationum munditiā
pertinet, Conexio quae haec in alterutrum sociat.
recte illam mentis industriam figurate denuntiat.
qua doctorum fidelium intellectus ac fides cuius
operatione coniungitur; Manifestum iunctura
fabre facta ut ase inuicem rationale et superhumerale
nequeant separari. Qui tanta eruditione tanto
operum studio premineret doctor. ut nil eis quae faci
enda ee cognouerit. in perfectum relinquat. Nil et
illis quae recta facere cernitur pincuria cordis
uisture rectitudinis priuet, Defluunt namque
indumenta pontificis. et ase inuicem mouentur. si
uel de cuso operis boni. minor cordis custodia sordidat.
uel castitatem purae cogitationis integritas non sequitur